

EGYHÁZTÖRTÉNELMI
E M L É K E K

A MAGYARORSZÁGI
HITUJITÁS KORÁBÓL

SZERKESZTETTÉK

KARÁCSONYI J. ÉS KOLLÁNYI F.,

A SZENT-ISTVÁN-TÁRSULAT

TUDOMÁNYOS ÉS IRODALMI OSZTÁLYÁNAK TAGJAI

NEGYEDIK KÖTET: 1542—1547.



BUDAPEST

Kiadja a Szent-István-Társulat Tud. és Irod. Osztálya

1909

408.

Bécs, 1545 november 6.

Ferdinánd király megparancsolja Bedegi Nyáry Ferencznek, hogy a nagyszombati apácákat birtokaikban védelmezze és különösen saját tisztviselőinek erőszakoskodásait akadályozza meg.

Ferdinandus divina favente clemencia Romanorum, Hungarie Boemie etc. rex semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie et. fideli nostro magnifico Francisco Nyary de Bedegh comiti comitatus Honthensis, salutem et gratiam. Quoniam nos religiosas dominas sanctimoniales in civitate nostra Thyrnaviensi commorantes simulcum universis possessionibus porcionibusque et iuribus possessionariis, nec non rebus et bonis ipsarum quibusvis ubicunque habilis et existentibus, iustis utputa et legitimis, in nostram regiam recepimus protectionem et tutelam specialem vice et in persona nostra tue duximus committendum tuicioni et protectioni, fidelitati igitur tue harum serie firmissime committimus et mandamus, quatinus a modo inposterum prefatas religiosas sanctimoniales in predictis universis possessionibus porcionibusque et iuribus possessionariis, necnon rebus et bonis ipsarum quibuslibet, ubivis habitis et existentibus, iustis, ut premittitur, et legitimis contra quoslibet violentos et illegitimos impetitores, turbatores et damnificatores atque etiam a violentia tuorum servitorum, qui non modicis serviciis et laboribus colonos earundem sanctimonialium gravare dicuntur, tueri, protegere et defendere debeas et tenearis, autoritate nostra presentibus tibi in hac parte concessa iureque et iusticia mediante, secus non facturus presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum Vienne sexta mensis Novembris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto.

Ferdinandus.

Nicolaus Olahus r. cꝛ.

Eredetije papiron, alul papirral fedett vörösviaszba nyomott pecséttel, az Orsz. Levéltárban. Tyrnav. Monial. fasc. 1. Nr. 30.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

409.

Bécs, 1545 november 11.

I. Ferdinánd király a máriavölgyi pálosok besztercei birtokára vonatkozólag tanukihallgatást rendel el.

Ferdinandus, divina favente clemencia Romanorum, Hungarie Boemie rex... universis et singulis tam ecclesiasticis, quam secu-

laribus... hominibus, qui cum presentibus fueritis requisiti... salutem... Expositum est Maiestati nostre in personis religiosorum fratrum heremitarum ordinis sancti Pauli de claustro Thall, prope Posonium, qualiter ipsi exponentes ratione possessionis Byztrycze vocate, in vicinia claustrum eorum et comitatu Posoniensi existentis, pro iurium suorum defensione fassionibus et attestacionibus vestris plurime indigerent, essentque necessarii. Pro eo... mandamus... quatenus, dum et quaudocunque cum presentibus fueritis requisiti, vel aliquis vestrum fuerit requisitus... personaliter ad capitulum ecclesie Posoniensis accedere, ibique ad fidem vestram Deo debitam, fidelitatemque nobis et sacro nostro regio diademati observandam, qualis vobis, vel alicui vestrum super inquisitis et interrogatis constiterit certitudo veritatis, suo modo dicere, faterique et attestari modis omnibus debeatis et teneamini ac quisque vestrum debeat et teneatur... Datum Vienne undecima Novembris anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto.

Ferdinandus mp.

Nicolaus Olahus,
cancellarius.

Eredetije papiron, alul a király papirba nyomott, elmosódott gyűrűs pecsétjével. Országos Levéltár: Acta Paulinorum 390. csomó, régi jelzet; acta conv. Paulin. de Thal. fasc. 9. Nr. 4.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

410.

Eperjes, 1545 november 15.

#

Lőcse, Bártfa, Kis-Szeben és Eperjes városok felszólítják a bányavárosokat, hogy a királyi udvarba küldendő követeik az ő követekkel egyértelműleg járjanak el a (lutheranus) vallás védelmében.

Prudentes et circumspecti domini!... (Először a Sztrecsényen és Budetynen keresztül Boroszlóba vezető út megnyitását tárgyalják.)¹ Preterea, cum de sacra religione nostra, quam cum dominationibus vestris et omnibus veris ecclesiis Christi communem profiteamur, quedam necessario cum eisdem conferenda esse putemus, eisdem magnopere rogamus, ut quemadmodum hactenus fecerunt, cum primis intente esse velint una nobiscum, quo eam syncere non solum retinere, verum etiam ad posteritatem tradere possimus.

¹ In prima parte epistolae agebatur de via iuxta arces Sztrecsény et Budetin versus Wratislaviam aperienda.

Et nuntios (!) suos, quos haud dubie in aulam legaturi sunt, ita instructos dimittant, ut cum nostris et de illa et de hac causa communicent ac consilia conferant, maxime vero, quod ad religionis confessionem et defensionem atque propagationem attinet. Conveniant illos quoque proceres Hungaros eidem religioni devinctos, quos omnes ibi esse audimus, ac uno consilio et uno ore, si res ita tulerit, respondeant et causam tueantur. Denique de presentibus defectibus in ecclesiis, ministrorum videlicet ordinatione et schola aliqua recta instituenda inter se colloquantur. Hec impresentiarum d. v.ris significanda esse duximus easdem iterum valde rogantes, ut ea omnia in optimam partem accipiant, tamquam ab animis eorum profecta, qui religioni et rei publice consultum cupiunt... Datum Eperies 15. Novembris anno Domini 1545.

*Iudex, iurati nuntiique civitatum
Leucoviensis, Bartphensis, Eperies
et Zebyn.*

Kívül: Prudentibus... iudicibus ac iuratis civibus civitatum Cremniciensis, Schemniciensis, Bistricensis ac aliarum illis coniunctarum Montanarum.

Eredetiye Selmecezbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

411.

Nagy-Szeben, 1545 november 28.

A szász nemzeti-egyetem vallásügyi határozata.

Anno Domini 1545.

Item. Sabbato proximo ante festum Andree apostoli domini Saxones hic Cibinii in congregatione eorundem generali primo ex parte religionis eo modo consenserunt, quod hij, qui verbum Dei acceptaverunt, tam in civitatibus, oppidis ac villis, sacramenta Christi, domini Salvatoris nostri, secundum institutionem verborum eiusdem in omnibus ecclesiis uniformiter administrare debeant. Reliquos vero, qui verbum Dei nondum pure acceptaverunt, non cogendo exhortati sunt et rogaverunt, ut et ipsi, tanquam membra eorundem, verbum Dei acceptant, suppliciter Deum exorantes pro sua benignissima gratia eisdem misericorditer concedenda. Ut autem et cerimonie quoque ecclesiastice, (propter scandala evitanda)

#

uniformiter in ecclesiis omnibus tractentur: iidem domini universitatis Saxonum statuerunt, ut certi docti viri deligantur, quibus hoc ipsum negotium committatur, uti densis scripture sacre argumentis de ceremoniarum tractatione et observatione mature concordent, diffiniant et concludant, sententiamque eorundem unanimen ipsis dominis Saxonibus in congregatione eorundem proxime futura ad festum beati Georgii exhibeant, ut et ibidem quoque concludatur ratione ceremoniarum ecclesie uniformiter observandarum.

Item. Ex quo secularis magistratus custos est legis, non saltem secunde tabule, sed et prime: ideoque iidem domini Saxones statuerunt, quod tam in civitatibus, oppidis, quam villis officiales superintendere debeant, atque populum de theatris, cymiteriis, tabernis, vel aliunde ad sermonem vel audiendo verbo Dei compellere per penam fidelie.

A nagyszebeni szász nemzeti levéltárban őrzött kéziratról (melynek német czime: Artikelbuch so von der Universitet der Deutschen sind beschlossen, latin czime pedig: Articuli provincialium statutorum ab anno quadragesimo quarto usque ad 64.) közölve Dr. G. D. *Teutsch*: Urkundenbuch der evangelischen Landeskirche A. B. in Siebenbürgen. I. (Hermannstadt, 1862.) 4. 1.

412.

Pozsony, 1545 november 29.

A pozsonyi káptalan a királynak 1545 november 11-iki rendeletére jelenti, hogy Szentgyörgyi Pachswel Kristóf és Csütörtöki Farkas kanonok társait küldötte ki idősb Levéli Rawsar Sebestyén kihallgatására. Ez azt vallotta, Besztercze (Byztriche) falu a máriavölgyi pálosoké volt, de gróf Szentgyörgyi Ferencz kivetette őket annak birtokából.

Capitulum Poseniense ad mandatum regis d. 11-a Novembris a 1545. datum refert, quod «magistros Christophorum Pachswel de Sancto Georgio et Wolfgangum (!) de Chwthertek» concanonicos suos misit ad audiendam fassionem Sebastiani senioris Rawsar de Lewel in Gataa commorantis, iuxta cuius fassionem totalis possessio Byztriche vocata in comitatu Poseniensi existens, ad claustrum Thall nominatum prope Ponium constructum et per consequens fratres heremitas ordinis sancti Pauli primi heremite in eo degentes pertinuerit ad eosdemque spectaverit, sed ex eius possessione Franciscus comes de Bazin et Szentgyörgy eos eiecit.

Országos Levéltár: Acta Paulinorum 390. csomó, régi jelzet: A. prov. de Thal. fasc. 9. Nr. 5.

Közli: IVÁNYI BÉLA.